Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 759

Quelle:
Copyright:

Jam — quamuis mala tanta.	*Nam — quę uis mala tanta.*
Quaſi ſit homo tua proles.	*Ueluti ſit hec* (homo) *tua proles.*
Uomit inſons bellua.	*Uomit illum bellua.*
Urbem marcet impia clades.	*Urbem manet impia clades.*
Rex quoque quod fecit.	*Rex quoque quid fecit?*
Pro cognitione reatus.	*Pro conditione reatus.*
Dolor anxius omne cor angat.	*Cor omne ſuus dolor angat.*
Ne figat vulnera paſſos	*Ne figant uulnera paſſos.*
Inſuper — propria culpa.	*Et ſuper — quos iam ſua*
Suppliciis parcens.	*Supplicibus parcens.*

Quae qui expenderit, pro *Codice* pronunciet, neceſſe eſt

VIII. *fol.* 125. *Poema ekeberti Sconaugienſis abbatis.* Verſuum 300. Init:

Jeſum nulla tibi mea mens oblivio tollat.
Nulla tibi dominum uel blanda uel aſpera tollant.
Dilige ieſum querito ieſum mens mea ſolum.
Dulcius illo ſuauius illo nil habet orbis. &c.

Atque ita in laudando, deſiderandoque Servatore, ad cujus etiam Matrem digreditur, totus eſt Noſter, dum finiat:

Mente ueni placida Jeſu facieque ſerena
Omnibus appare populis ſperantibus in te.
Et tua nobiſcum ſit pax in fine dierum.

Nullibi memorari video Metrica *Eckeberti*, niſi *Trithemius* in *Script. Eccl. n.* 403. per *Laudes Salvatoris*, quas ei tribuit, Poema noſtrum intelligat. Aſcetica quaedam illius habes in *Bibl. Aſcet. Bern. Pezii* T. VII. a p. 13. Alia enumerat *Fabricii Bibl. med. Lat.* L. V. v. *Ecbertus.* Floruit vero hic circa an. 1160. ante Monachatum *Bunnenſis* Canonicus, et S. *Eliſabethae* Abb. *Schönaugienſis* Frater germanus.

IX. *fol.* 130. Carmen verſuum 135. invectivum in Luxuriam, hoc initio:

Hec Engelberto uirtutum flore referto
Indigni quamuis deprompſit lingua iohannis.
Nobiliter nec inutiliter nos ſacra piorum
Uerba monent et facta docent de lege bonorum &c.

et fine: *Eterne flamme ſub tetri ſulphuris amne.*

Ne-